

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Doctrina siue doctor ay
cum fonte primo

Nunquam super uerbis faciam questionem
de qua facultate sumantur, dummodo edificant ad salutem.
Nam nec de herbis queritur qua terra
uel cuius ortolani cura uel cultura adoleuerint,
dummodo uim habeant sanativam.

Unum noveris, quod
nunquam super verbis faciam quaestionem,
de qua facultate sumantur, dummodo aedificant ad salutem.
Nam nec de herbis quaeritur, in qua terra,
vel cuius hortulani cura vel cultura adoleverint,
dummodo vim habeant sanativam.

Petrus Blesensis, *Epistolae*, 8 (PL 207, col.24A).

Nam et de fabularum gentilium moralitate quandoque forma
eruditionis elicitor quoniam fas est et ab hoste doceri.

Petrus Blesensis in quadam epistola.

Quia aegre audis historias, fabulosa intersero; sed
et de fabularum gentilium moralitate quandoque forma
eruditionis elicitor quoniam fas est et ab hoste doceri.

Petrus Blesensis, *Epistolae*, 91 (PL 207, col.286A-B).